Thomas then describes in detail how the secondary agents work. He does so in a long passage, which is quoted verbatim by Berthold of Moosburg in his Commentary on Proclus' *Elements of Theology*. Berthold completely agrees with Thomas of York on the doctrine of the causality of the secondary causes. Furthermore, Berthold notes how Thomas' doctrine is close to that one of Proclus. Thus, instead of implicitly quoting *De causis*—as Thomas does—, Berthold introduces two explicit quotations from the *Elementatio theologica* in order to confirm Thomas' position.

---

Thomas of York, *Sapientiale* III, 13  
(F f. 151<sup>vb</sup>; R f. 157<sup>rb</sup>; V f. 81<sup>vb</sup>)

---

Hii enim agentes quattuor operationem habent, communem et specialem.

*Communem* quoniam in singulis operibus nature concurrunt omnium actiones, sicut supra dictum est, quomodo omnis forma inducitur in materia per omnes causas medias usque ad primam, et sic per ipsam plus effluentem (cf. *De causis*, 1).

[...]

Habent et *specialem*, sicut superior respectu inferioris. Nichil enim habet inferior, quod non superior, instar ordinum angelicorum, sicut ponit sapientia Christianorum; habet tamen superior proprium, quod non habet inferior, uel ad minus non in eadem plenitudine. Ideo actio uirtutis elementi aut elementati actio est uirtutum omnium superior.

---

Berthold of Moosburg, *Expositio* prop. 151D (p. 137, l. 184–p. 138, l. 193)

---

De primo sciendum, quod ipsorum deorum quaedam operationes sunt communes, quaedam speciales.

*Communes* in quantum in singulis operibus naturae concurrunt omnium actiones: omnis enim forma inducitur in materia per omnes causas medias essentialiter sibi subordinatas usque ad prime bonum inclusive. “Omne enim, quod a secundis producitur, et a prioribus et causalioribus producitur eminentius” per 56.<sup>57</sup>

*Speciales* vero sive proprie operationes sunt, quas habent superiora respectu inferiorum: quidquid enim operatur inferius haec et operatur superius, sed non e converso. Et de istis operationibus dicitur, quod “omnis deus a se ipso orditur propriam operationem” per 131.<sup>58</sup>

---

57 Proclus, *Elementatio theologica*, p. 30, l. 1–2.

58 Proclus, *Elementatio theologica*, p. 66, l. 1.

According to Thomas, the metaphysical hierarchical continuity from the highest down to the lowest level of reality is ensured by the existence of intermediate causes, and through them by the primacy of the First Cause, as *De causis* affirms. The chain of causal dependence reaches from the divine mind to the lowest realm of material beings: the separate intellects receive the forms of everything present in the divine mind in order to move the inferior bodies and to imprint the forms observed in the exemplar into matter:

Ex hiis autem omnibus una cum predictis scire poteris, quomodo est existentia formarum etiam naturalium in materia. Nam cum natura illa inferior non mota non movetur, movetur autem a corporibus celestibus, et corpora celestia ab intelligentiis, et intelligentie ab arte et secundum artem, quam aspiciunt in mente divina, sicut dictum est, tunc intelligentie inspiciunt formas omnium inferiorum in eadem arte prima, secundum quam et movere debent corpora inferiora, ut imprimatur forma, que inspecta est in suo exemplari, in materia. Ex hoc autem aspectu speciei in mente divina exprimitur ipsa forma in intuitu inspicientis, quam quidem speciem secundum eandem artem, prout possibile est, exprimit in motibus celorum et per ipsos in potentiis materie, in qua, cum est ista forma in potentia naturali, natura mota taliter movetur ad forme expressionem in ipsa materia per iugem et indesinentem expressionem eiusdem speciei ab arte divina in aspectu intelligentie, et ab acie intelligentie in motibus et celorum virtutibus, et per ipsas in potentiis materie, quarum expressionum singule, si vel ad momentum desisterent, numquam forma exprimeretur in materia.<sup>59</sup>

This doctrine is maintained by Plato, preserved by Avicbron, but strongly rejected by Aristotle, who is more interested in the exterior appearance than in the real meaning of Plato's argument.

Ex hiis igitur patet, sicut videtur, quid impugnavit Aristoteles in sermonibus Platonis et aliorum sapientum, quia sermonem potius quam intellectum, more suo volentes tractatores sapientie non sentire recte

59 Thomas of York, *Sapientiale*, II, 27 (F f. 86<sup>ra-b</sup>; R f. 95<sup>va-b</sup>; V f. 63<sup>ra-b</sup>). Berthold quotes this passage verbatim (see Berthold of Moosburg, *Expositio*, Prop. 145F, ed. Retucci, p. 86, l. 158–p. 87, l. 173), but lays more emphasis on the distinction between the separate intellects and the motors of heavenly bodies (in line with Dietrich of Freiberg, as demonstrated by Sturlese 1978). On the other hand, Thomas accepts the same distinction (see the chapters 10–15 of book VII of the *Sapientiale*, Appendix 2, n. 89–102).

tantum, sed et loqui. Et ideo multotiens impugnavit sermonem Platonis et non intellectum.<sup>60</sup>

This progressive realization through the chain of causes relies on two elements: first, the separate intellects, and second, the Platonic ideas. Both doctrines are supported—within the *Sapientiale*—with the aid of quotations from the *De causis*. Both doctrines are, according to Thomas, completely rejected by Aristotle.

## 6 Separate Substances

Thomas dedicates six chapters of book seven to the doctrine of the intellects.<sup>61</sup> Thomas has a clear view regarding the different positions concerning the existence of the separate substances. Plato and his followers speak of good daemons, in perfect accordance with Christian wisdom and its teaching about the angels. Aristotle, on the contrary, firmly denies the existence of any abstract substance that is not responsible for movement.<sup>62</sup>

Thomas clearly prefers Plato and Christian wisdom: in addition to the intermediate substances responsible for the movement of the heavenly bodies and for the production of the natural things, he maintains the existence of other intermediary substances (namely the angels of the Christian wisdom and the daemons of the Greek tradition), which are totally separated and collaborate in the divine rule of the voluntary acts of man:

60 Thomas of York, *Sapientiale*, II, 27 (F f. 86<sup>ra</sup>; R f. 95<sup>va</sup>; V f. 63<sup>ra</sup>).

61 Thomas of York, *Sapientiale*, VII, 10–15.

62 Thomas of York, *Sapientiale*, VII, 10 (F f. 224<sup>ra-b</sup>; R f. 249<sup>rb</sup>; V f. 180<sup>ra-b</sup>): *Scito igitur in primis secundum antiquorum opinionem, quod universum spirituale separatum et absolutum dividitur in tres partes. Quarum prima est de intelligentiis, sicut posuerunt seu nominaverunt eas Aristoteles et sequaces eius. Secunda pars est de substantiis, quas nominaverunt Plato et imitatores eius calodemones, sapientia vero Christianorum nominat eos angelos bonos et sanctos. [...] Secundam etiam partem visus est potius destruere quam asserere Aristoteles, cum dicat XI Prime Philosophie non esse substantiam abstractam, que non moveat. [...] Et propter hoc in primis est persuadendum, quod est aliqua substantia separata a corpore et appendicibus eius, quam non sit necesse motricem esse corporis alicuius determinati, speculantem faciem primi et adimplentem imperium eius. Et hoc est ostendere angelum esse, secundum quod dogmatizat sapientia Christianorum, cum dicit angelos semper videre faciem Patris, qui in celis est, et quod ipsum desiderant semper prospicere. Quamvis, ut dixi, Aristoteles visus est hoc negare [...].*

Et propter hoc, sicut sunt substantie medie in productione naturalium, quas dicunt motores celorum, sic necesse est ad providentie expletionem, ut sint substantie medie ad eorum, que sunt hominum, hoc est voluntariorum, idest eorum actuum, quorum voluntatis principium est ordinatum cognitioni. [...] Et propter hoc intervenit Deus humanis rebus. Et quoniam hic connexus nature est per medias substantias, et ideo, ne homines a divinitate repellantur, necesse est secundum eundem (*scil.* Apuleius), quod sint quedam divine medie potestates, quas Greci demones vocant. Quare ex cura, quam habet Deus de hominibus, preter alias rationes necessarie sunt medie substantie inter ipsum et homines, non tantum ille, quas dicunt sapientes celorum motores, sed ille etiam, quas dicit sapientia Christianorum angelos.<sup>63</sup>

To prove the existence of such substances, Thomas explicitly quotes *De causis* in fourteen occasions. Thus, by quoting seven different propositions from the *Liber*,<sup>64</sup> Thomas of York neutralizes Aristotle's objections against the doctrine of the separate substances (Appendix 2, n. 89–102).

## 7 Platonic Ideas

Thomas sees the same philosophical battle lines when it comes to the doctrine of the ideas: there are two opposite fronts, namely the right position, defended by Plato and Augustine, and the wrong one, as represented by Aristotle.<sup>65</sup>

According to Thomas, all Aristotelian objections against the Platonic ideas result from a naive misinterpretation: Aristotle *equivocat in nomine universalis*, since he considered the universal forms just as abstractive ideas, i.e., as the result of a discursive thinking, whereas Plato understood them as transcendent Ideas, according to which everything is created:

“Universale quidem et totum non intelligibiliter, ut universale logicum, sed intellectualiter. Universale quidem subsistens multis separabiliter,

63 Thomas of York, *Sapientiale*, VII, 12 (F f. 228<sup>rb-va</sup>; R f. 253<sup>rb</sup>; V f. 184<sup>ra</sup>).

64 Prop. 16(17), 6(7), 20(21), 30(31), 29(30), 27(28), 1.

65 Thomas of York, *Sapientiale*, I, 29, in Retucci 2008(b), p. 103, l. 7–10: *Iam nunc post hoc tempus est inspicere, quae dixit Aristoteles contra Platonem, an eidem secundum veritatem contradixerit, an non, maxime cum plura eorum, quae dixit Aristoteles, impugnare videntur sententiam veram de ideis, quam tenet sapientia Christianorum una cum Platone.*

que secundum illud facta sunt.”<sup>66</sup> Similiter et dixit ideam totum non ex partibus vel in partibus, sed ante partes.<sup>67</sup>

Against Aristotle, Thomas mounts his defense of Plato’s ideal world, which is in perfect accordance with the doctrine of the Christians (*tenet [scil. sententia de ideis] sapientia Christianorum una cum Platone*), by explicitly quoting Eustratios of Nicea and his Commentary on the *Nicomachean Ethics*. The Byzantine commentator, in complete conformity with Plato and Augustine, indeed speaks of a triple *esse rei*: in the divine, uncreated mind, in the created intellectual being and in the matter.

Oportet te scire in principio sententiam Platonis memoria dignam, quam recitat Commentator super I *Ethicorum* cap. 7 et VI *Ethicorum* cap. 8, consonam per omnia sententiae sapientis Augustini *Super Genesim* lib. II, cum dicit triplex esse rei, in verbo scilicet increato, in intellectuali natura creata et in materia sive in proprio esse, et quod esse primum est prius duobus sequentibus et esse secundum tertio.<sup>68</sup>

For Thomas, then, there are three kinds of form: the form which succeeds generation, i.e., the logical universal; the form which exists before the singular, created beings in the divine mind; and a third form which is present in the separate intellect and functions as intermediary between divine ideas and material reality. The existence of the latter is openly criticized by Aristotle, but maintained by Plato, whose authority is, for Thomas, supported by *De causis*.

Si quis opponat impossibile esse ideam, quia impossibile est destructis sensibus manere speciem et ipsa manet ipsis destructis, prout vult Aristoteles II *Metaphisicae* cap. 8, iam solutum est per distinctionem speciei superius datam, quod est species posterior generatione singularibus, que est universale logicum, et hec non subsistit illis destructis, sicut dicit Aristoteles, quod primis substantiis destructis impossibile est aliquod aliorum permanere, et est species prior singularibus, et hec non destruitur ipsis destructis. Et iste species in suo esse primitivo et principali sunt idee in mente divina, in esse vero secundario, ut sunt recepte in intelligentia, sunt species sive forme, quas dixit Plato medias inter ideas et res sensibiles.

66 Eustratius, *In Ethicam Nicomachean commentarius*, p. 69, l. 97–100; p. 69, l. 4–p. 70, l. 21.

67 Thomas of York, *Sapientiale*, I, 29, in Retucci 2008(b), p. 109, l. 222–p. 110, l. 224.

68 Thomas of York, *Sapientiale*, I, 29, p. 107, l. 130–135.

Et in hoc solvuntur argumenta Aristotelis III *Metaphisice* cap. 8, quibus impugnat formas medias [...]. Supra enim concessum est, quod forme abstracte sunt quodammodo per effectum in formis mediis, ut idee in mente conditoris resplendentes in intellectu faciunt ibi species illas, quas dixit Plato medias, secundum sermones, quos dixi tibi, quod “omnis intelligentia plena est formis.”<sup>69</sup>

According to Thomas, Plato and Augustine are in open contrast to Aristotle concerning the existence of these intermediate forms in the intellect, but they are close to *De causis*, where the existence of the universal forms in the separate intellects is clearly established.

Dico igitur tibi secundum sententiam Augustini et Platonis, quod triplex est esse rei, videlicet in mente divina, in intellectuali natura, in propria existentia; et quod esse eius in natura intellectiva, anima videlicet et intelligentia, medium est inter esse primum et tertium; et quod omnes forme, que exprimuntur in materia, prius naturaliter sunt concreate in intelligentia sive anima, quoniam natura pares sint, sicut dicit Augustinus *De libero arbitrio* lib. II. Et hoc est consonum propositioni *De causis*, que dicit quod “omnis intelligentia plena est formis” (see Appendix 2, n. 88).<sup>70</sup>

To sum up: in his defense of the ideal world, which linked the Platonic position with that of Augustine, Thomas of York explicitly quotes Eustratius of Nicea. As it has been proven by Carlos Steel,<sup>71</sup> concerning this matter, Eustratius silently borrows the doctrine on the existence of a *triplex esse rei* from Proclus, prop. 67 of the *Elementatio*. As a result of this maze of quotations, Thomas—by quoting Eustratius and by showing his proximity to Plato, Augustine and *De causis*—intentionally or not, concludes by assimilating *De causis* to its original source, namely Proclus’ *Elementatio theologica*.

Far from accepting Aristotle as the author of *De causis*, as most medieval authors before Thomas Aquinas did, Thomas of York was, on the contrary, aware of an important fact: some doctrines transmitted in this text are in open conflict with Aristotle. Some doctrines defended in *De causis* are close to quite a different tradition, namely the tradition of Plato, Augustine and, through Eustratius of Nicea, Proclus.

69 Thomas of York, *Sapientiale*, I, 30 (F f. 36<sup>vb</sup>; R f. 48<sup>ra</sup>; v29<sup>rb-va</sup>).

70 Thomas of York, *Sapientiale*, VI, 26 (F f. 205<sup>va</sup>; R f. 216<sup>rb</sup>; V f. 166<sup>rb</sup>).

71 Steel 2002, p. 53–54.

Thanks to a special philosophical and analytical skill, Thomas of York reveals a deep, precocious awareness that two fundamentally different alternatives characterize the philosophical tradition: Plato, Augustine, Eustratius and *De causis* represent the right option; Aristotle the wrong one.

The preference for the Platonic-Augustinian position some years later became the identifying issue of another author, i.e. the German Dominican Berthold of Moosburg. Hence, it is not surprising that Thomas' *Sapientiale* was revived 70 years after his death in Berthold's *Expositio super Elementationem theologicam Procli*. Berthold had the whole *Sapientiale* constantly at hand when writing his Commentary on Proclus: he quotes extensively and verbatim from the *Sapientiale* throughout his *Expositio*. Berthold's defence of the Platonic view—especially with regard to the Platonic ideas (Prop. 176 and 178)—is far from being under the influence of the other members of the so-called *Deutsche Dominikanerschule*, as Alain de Libera<sup>72</sup> and Burkhard Mojsisch<sup>73</sup> maintained. When writing against Aristotle in order to support the doctrine of the Christian and Platonic tradition (*sententiam veram de ideis quam tenet sapientia Christianorum una cum Platone*), Berthold just refers to Thomas of York's *Sapientiale*.<sup>74</sup>

72 See Libera 2005, p. 223–244; Libera 1992, p. 89–119; Libera 1981, p. 55–74.

73 See Mojsisch 1999, p. 267–281.

74 On this point, see Retucci 2008(b), p. 79–84.

Appendix 1<sup>75</sup>

<i>Liber de causis</i>	<i>Sapientiale</i>	<i>Appendix 2</i>
prop. I	I, 13; I, 17; I, 24; I, 36; II, 27; III, 5; III, 8; III, 11; III, 12; IV, 16; IV, 19; IV, 22; VI, 15; VII, 13	n. 4; 14; 30; 37; 39; 46–48; 50; 58; 60; 61; 83–86; 102
comm. I	I, 17; I, 24; II, 27; III, 8	n. 15; 16; 31; 40; 49
prop. IV	II, 31; II, 33	n. 41; 45
comm. IV	II, 31	n. 42–44
prop. V(VI)	I, 4; I, 15; I, 23; III, 8	n. 2; 5; 8; 27; 51
comm. V(VI)	I, 4; I, 15; I, 16; III, 8	n. 1; 6; 10; 52; 53
prop. VI(VII)	I, 12; III, 28; VII, 10; VII, 12	n. 3; 73; 91; 100
comm. VI(VII)	VII, 12	n. 99; 101
prop. VIII(IX)	I, 22; I, 23	n. 23; 26
prop. IX(X)	I, 23; I, 29; I, 30; II, 27; III, 28; VI, 26; VII, 18	n. 24; 33; 34; 38; 82; 88; 103
prop. XII(XIII)	I, 22	n. 19
comm. XII(XIII)	I, 22	n. 20
prop. XIV(XV)	I, 22	n. 21
comm. XIV(XV)	I, 22	n. 22
prop. XV(XVI)	I, 31	n. 35
comm. XV(XVI)	I, 31	n. 36
prop. XVI(XVII)	VII, 10	n. 89
comm. XVI(XVII)	VII, 10	n. 90
prop. XVII(XVIII)	I, 17; I, 23; III, 15	n. 18; 25; 62
comm. XVII(XVIII)	I, 16; I, 17; III, 15	n. 11; 17; 63
prop. XVIII(XIX)	I, 23	n. 28
prop. XIX(XX)	I, 17; III, 8; III, 25	n. 12; 54; 65
comm. XIX(XX)	III, 8; III, 25; VII, 23	n. 55; 66; 104
prop. XX(XXI)	I, 23; I, 25; III, 25; VI, 20; VII, 10	n. 29; 32; 64; 87; 92
comm. XX(XXI)	VII, 10	n. 93
prop. XXI(XXII)	I, 15; I, 16; I, 17; III, 8	n. 7; 9; 13; 56
prop. XXIII(XXIV)	III, 8; III, 11; III, 25	n. 57; 59; 67
comm. XXIII(XXIV)	III, 25	n. 68

75 In this chart as well as in the analysis above I take just explicit or literal quotations into consideration. Implicit or not literal references to the *Book of Causes* have been neglected.



(cont.)

---

<i>Liber de causis</i>	<i>Sapientiale</i>	<i>Appendix 2</i>
prop. xxiv(xxv)	III, 28	n. 75; 78
comm. xxiv(xxv)	III, 28	n. 77
prop. xxv(xxvi)	III, 28	n. 79
comm. xxv(xxvi)	III, 28	n. 81
prop. xxvii(xxviii)	III, 28	n. 72
comm. xxvii(xxviii)	III, 28; VII, 12	n. 74; 98
prop. xxviii(xxix)	III, 28	n. 70; 76; 80
comm. xxviii(xxix)	III, 28	n. 71
comm. xxix(xxx)	VII, 11	n. 96; 97
prop. xxx(xxxi)	III, 27; VII, 11	n. 69; 94
comm. xxx(xxxi)	VII, 11	n. 95

---

## Appendix 2: References to the *Liber de Causis* in Thomas of York's *Sapientiale*

### *Sapientiale*, LIBER I

1. Cap. 4 (*F* f. 5<sup>ra</sup>; *R* f. 17<sup>rb</sup>; *V* f. 5<sup>ra</sup>)—*Liber de causis*, v(VI), 61, p. 148, l. 44–48  
 Amplius, infinitum non est ab intellectu determinatum, quia finitum non determinat infinitum, sicut habetur ab Aristotele II *Metaphysice* cap. 2 et Averroë in eodem; quare, cum ipse sit infinitus, non est ab intellectu determinatus, quare nec apprehensus. Nihil enim apprehenditur ab intellectu, quod ab eodem non determinatur; quare non est apprehensibilis, igitur nec scibilis. Hinc est, quod **Commentator super prop. 7 *De causis*** dicit eum nec cadere “sub sensu” aut imaginatione aut “cogitatione aut intelligentia.”
2. Cap. 4 (*F* f. 5<sup>rb</sup>; *R* f. 17<sup>va–b</sup>; *V* f. 5<sup>rb</sup>)—*Liber de causis*, v(VI), 57, p. 147, l. 25–27  
 Et ideo dicit divinus Paulus, quod “invisibilia Dei per ea, que facta sunt intellecta, conspiciuntur.” Nam “cuiuslibet substantie admiranda propago, quantus sit, suus auctor ostendit,” sicut dicitur *De articulis fidei* prop. 23. Unde “que in rebus” creatis “commendabilia contemplantur per effectum, per causam attribuimus creatori,” sicut dicitur in eodem prop. 19. Et ita “per causas, que illuminantur a lumine cause prime,” est ipse quoquo modo intelligibilis, sicut habetur *De causis prop. 7*.
3. Cap. 12 (*F* f. 12<sup>ra</sup>; *R* f. 25<sup>vb</sup>; *V* f. 10<sup>rb</sup>)—*Liber de causis*, VI(VII), 64, p. 149, l. 65  
 Prima igitur ratio ad intenti probationem est, quod quicumque ponit principium unum aut duo, necesse est ipsum ponere ipsum vel ipsa etiam utraque in ultimitate simplicitatis, quoniam, si aliquo modo alterutrum eorum esset compositum, esset ex necessitate partibile et haberet aliquo modo partes; quare neutrum esset principium, cum utrumque multa haberet priora se, videlicet partes suas. Et fundatur hec ratio super sermonem Aristotelis VI *Physicorum* cap. 1, quod omne compositum dividitur in ea, ex quibus componitur, et item super illud, quod habetur ex prop. *De causis* 7, quod simplicis est substantia, que non dividitur.
4. Cap. 13 (*F* f. 13<sup>ra</sup>; *R* f. 26<sup>va</sup>; *V* f. 10<sup>vb</sup>)—*Liber de causis*, I, 1, p. 134, l. 1  
 Nec est simile, quod ponit philosophia intelligentias regere mundum sub causa prima, sicut tu postea scies. Nam etsi ipse regant, prima

tamen causa non absolvitur a regimine, sicut dicit ista positio unum absolvi a regimine alterius, quia “causa primaria est plus influens.”

- 5–6. Cap. 15 (*F f. 15<sup>rb</sup>; R f. 28<sup>va</sup>; V f. 12<sup>va</sup>*)—*Liber de causis*, v(VI), 57, p. 147, l. 22; 61, p. 148, l. 46–48

Nam videtur quod sit innominabilis tam secundum sapientes mundi quam sapientes Dei. Primo per hoc, quod dicitur *De causis prop. 7*, quod “causa prima superior est omni narratione,” quoniam “non cadit sub sensu” aut imaginatione, “cogitatione aut intelligentia,” et per consequens nec sub “loquela,” sicut dicit ibidem *Commentator*.

7. Cap. 15 (*F f. 15<sup>rb</sup>; R f. 28<sup>va</sup>; V f. 12<sup>va</sup>*)—*Liber de causis*, XXI(XXII), 166, p. 181, l. 68–69; 167, p. 181, l. 70–71

Ad idem agit, quod dicitur *prop. 23*, quod “causa prima est super omne nomen, quod nominatur,” ad quem “non pertinet diminutio neque complementum,” sicut dicit divinus Paulus, quod est “super omne nomen, quod nominatur in hoc seculo aut in futuro.” Unde divinus Dionysius *De divinis nominibus* cap. 7 dicit ipsum “super omne nomen” et intellectum.

8. Cap. 15 (*F f. 15<sup>rb-va</sup>; R f. 28<sup>vb</sup>; V f. 12<sup>va</sup>*)—*Liber de causis*, v(VI), 57, p. 147, l. 22; 57, p. 147, l. 24–27

Et hoc intelligi potest de nominibus, que non quia, sed quid. Sic dicunt igitur, etsi ipse in se secundum suam substantiam absolutam sit innominabilis, tamen secundum eius bonitatem ex effectu est nominabilis. Propter quod, cum *prop. De causis 7* dicitur: “Superior omni narratione,” subiungit qualiter et qualiter non. Nam “superior est omni narratione” “propter narrationem esse ipsius,” quod est “super omnem causam.” Narrabilis tamen est. Et ideo subdit: “et non narratur nisi propter causas, que illuminantur a lumine cause prime.”

- 9–10. Cap. 16 (*F f. 18<sup>vb</sup>; R f. 31<sup>vb</sup>; V f. 15<sup>ra</sup>*)—*Liber de causis*, XXI(XXII), 166, p. 181, l. 68–69; v(VI), 57, p. 147, l. 22

Deus est “quiddam invisibile, ex quo omnia, summum, eternum, incommutabile et nulli effabile nisi tantum sibi, bonum.” Et hec similiter tangit causam efficientem et est Augustini *Ad Mandarense* Epist. 79. Igitur de invisibilitate Dei dictum est. Quod autem “ex ipso omnia,” iam hoc dixit Trismegistus *Ad Asclepium*, quod ex uno omnia et propter hoc dictus est ipse “omnia.” Quod “nulli sit effabile” nisi sibi, indicat illa propositio 16 *De articulis fidei*: “Deus est immensus, incomprehensibilis, innominabilis, ineffabilis,” sicut dicitur *De causis prop. 23*: “Prima causa est super omne nomen, quo nominatur” et ipse est “superior omni narratione,” ut (dicitur) *prop. 7* [...].

11. Cap. 16 (*F* f. 21<sup>vb</sup>; *R* f. 34<sup>vb</sup>; *V* f. 17<sup>va</sup>)—*Liber de causis*, XVII(XVIII), 145, p. 173, l. 45–47  
Deus est, a quo exire est mori, in quem redire est reviviscere, in quo habitare est vivere. Hec est similiter Augustini *Soliloquiorum* I et patet ex dictis. Si enim ipse est vita, a vita exire mori est, et per contrarium ad ipsum redire est reviviscere, hoc est motum vite recipere. Nam “vita est processio procedens ab ente quieto et sempiterno, motus quidem primus,” sicut dicitur super *De causis* prop. 17.
12. Cap. 17 (*F* f. 22<sup>va</sup>; *R* f. 35<sup>rb</sup>; *V* f. 18<sup>ra-b</sup>)—*Liber de causis*, XIX(XX), 155, p. 177, l. 97–98  
Deus est soluta mens quedam et libera, segregata ab omni concretionem mortali, omnia sentiens et movens ipsa, que predita nutu vel motu sempiterno. [...] Quod dicit eum “mentem liberam,” insinuat eum non admisceri causatis, sicut dicit prop. *De causis* 21: “Prima causa regit res creatas omnes, preter quod commisceatur cum eis.”
13. Cap. 17 (*F* f. 24<sup>rb</sup>; *R* f. 36<sup>vb</sup>; *V* f. 19<sup>va</sup>)—*Liber de causis*, XXI(XXII), 166–167, p. 181, l. 68–71  
Deus est sempiternus movens omnia immobilis et incorruptibilis, altissimus, cuius nomen est benedictum et exaltatum exaltatione maxima. [...] Quod sit “exaltatum exaltatione maxima,” manifestat prop. *De causis* 21, que dicit, quod “causa prima est super omne nomen, quod nominatur, quoniam ad ipsum non pertinet neque diminutio neque complementum,” secundum quod dicit theologus Paulus *Ad Eph.* 1: Super “omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, set in futuro.”
- 14–16. Cap. 17 (*F* f. 24<sup>va</sup>; *R* f. 37<sup>ra</sup>; *V* f. 19<sup>va</sup>)—*Liber de causis*, I, 1, p. 134, l. 1–2; 3, p. 134, l. 6–8; 4, p. 134, l. 10–12; 5, p. 135, l. 15; 12, p. 136, l. 39–40; 13, p. 136, l. 42–43; 11, p. 136, l. 29–38; 14, p. 136, l. 48–137, l. 52  
“Deus est prima causa unus omnium queque sunt, queque videntur esse, princeps et origo”. Hec est similiter Macrobiani in eodem et patet ex antedictis. Iam enim nominaverunt ipsum philosophi “causam primam,” sicut manifestum est per plures propositiones *De causis* et per rationes primi, quas supra dixi. Omnium autem causa est quoniam, etsi sunt cause secundarie, tamen “causa primaria plus est influens super causatum suum quam causa secunda universalis,” sicut dicit prop. *De causis* 1, prout Commentator dicit ibidem: “Causa universalis prima agit in causatum cause secunde, antequam agat in ipsum causa universalis secunda” et “cum causa secunda agit in causatum,” quod ipsam sequitur, “non excusatur sua actio a causa prima, que est super ipsam,” “quoniam est causa ei.” Et propter hoc dicit una maximarum:

“Quidquid est causa cause, est causa causati.” Amplius sicut manifestat **Commentator** ibidem “causa prima est plus comprehendens” et “vehementioris adherentie cum re quam” causa secunda. Unde causa secunda potest separari adherente prima, sicut separato vivere potest remanere esse. “Causa etiam prima adiuvat secundam”, et “omnem operationem, quam facit secunda, facit et prima,” quamvis efficiat eam per modum altiore et sublimiore. Et propter hoc omnium causatorum est causa prima causa.

- 17–18. Cap. 17 (*F* f. 24<sup>va-b</sup>; *R* f. 37<sup>ra-b</sup>; *V* f. 19<sup>vb</sup>)—*Liber de causis*, XVII(XVIII), 145, p. 173, l. 45–47; 143, p. 173, l. 38–40

Deus est, apud quem est vita fixa, sempiterna in secula seculorum, que nec finitur nec deficit. [...] Hec est Aristotelis I *Celi et mundi* cap. 15. Quod non tantum apud ipsum sit vita, set quod ipse sit vita, ex superioribus patet. Qualiter autem “vita” sit apud ipsum, per hanc propositionem declaratur, quoniam “fixa et sempiterna” et optima: fixa in substantia, sempiterna in specie, optima in operatione. Omnis autem vita, que non est vita prima, est vita fluens et non fixa, quoniam est motus et processus, sicut definitur vita super 17 **prop. De causis**, videlicet quod “vita est processio procedens ex ente primo quieto, sempiterno et est motus primus.” Vita autem prima est per se vita et omnis vite causa et generativa vite et impletiva et divinissima, secundum quod dicit Dionysius *De divinis nominibus* cap. 6<sup>r</sup> et sicut dicitur *De causis prop. 17*: “Res vive omnes sunt mote per essentiam suam propter vitam primam.” Et ideo necesse est, quod ipsa sit vita fixa, nihilominus et sempiterna, quia sempiternum dicitur, quod semper se habet ad esse, et hoc dicitur necessarium, sicut dicit Aristoteles II *De generatione* cap. 13a.

- 19–23. Cap. 22 (*F* f. 28<sup>rb</sup>; *R* f. 40<sup>rb</sup>; *V* f. 22<sup>va</sup>)—*Liber de causis*, XII(XIII), 109, p. 162, l. 91; 110, p. 162, l. 92–163, l. 94; XIV(XV), 124, p. 167, l. 50–51; 125, p. 167, l. 52–55; VIII(IX), 79, p. 154, l. 47–48

Tertia propositionum est, quod principium primum est sciens et intelligens se ipsum. Cuius declaratio est ex propositione, que scribitur *De causis* 12, que talis est: “Omnis intelligentia intelligit essentiam suam.” Et causa est, secundum **Commentatorem**, quia, “cum est intelligentia,” est intellectus et intellectum.

Modus autem huiusmodi intellectus declaratur **prop. 14**, et est, quod “omnis sciens, qui scit essentiam suam, est rediens ad essentiam suam reditione completa.” Et cum hec reditio sit “per operationem intellectibilem,” sicut dicit ibidem **Commentator**, tunc “ad essentiam,” scilicet redire completa reditione, non est nisi essentiam suam perfecte scire vel intelligere.

Cum igitur “omnis intelligentie fixio et essentia est per bonitatem puram, que est causa prima” necessario, sicut dicitur **prop. 8**, necesse immo multo fortius ipsa intelligit essentiam suam. Scit igitur se ipsam. Hanc autem conclusionem nititur ostendere Algazel tract. 2 sent. 1.

- 24–29. Cap. 23 (*F* f. 29<sup>ra</sup>; *R* f. 41<sup>ra</sup>; *V* f. 23<sup>ra-b</sup>)—*Liber de causis*, IX(X), 92, p. 158, l. 8; XVII(XVIII), 143, p. 173, l. 40–41; VIII(IX), 79, p. 154, l. 47–48; V(VI), 57, p. 147, l. 26–27; XVIII(XIX), 149, p. 174, l. 64–65; XX(XXI), 162, p. 180, l. 48–49

Constat autem, quod priori modo non intelligit Deus, quia nec intelligentia. Non enim secundum huiusmodi opinionem intelligit per obiectorum presentationem secundum specierum vel formarum expressionem. Nam “omnis intelligentia plena est formis,” sicut dicit **prop. De causis 9**, sed de hoc dicitur in sermone de intelligentiis.

Secundi vero modi intelligendi vel sciendi duo sunt maneries: quarum una est cum receptione, altera vero sine receptione, sicut si aliquis videret solum intus suscipiendo, alter solum extra mittendo. Et harum prima maneries est intelligentiarum, que intelligunt per receptionem; receptionem quidem a superiori, non ab inferiori, sicut manifestat in libro suo *De universo* et divinus Dionysius quasi per totum *Hierarchie angelice*.

Hanc autem receptionem et modum eius manifestat **prop. De causis 19**, cum dicit: “res omnes intelligibiles habent scientiam propter intelligentiam primam,” quia, sicut fixio intelligentie est per causam primam, prout dicit alia **prop. 8**—scilicet “omnis intelligentie fixio et essentia est per bonitatem puram, que est causa prima”—, sic et scientia eiusdem est per eandem, prout dicit **prop. 9**: cause secunde “illuminantur a lumine cause prime.” “Recipit” enim intelligentia “ex bonitatibus primis, que procedunt ex causa prima, receptionem multam,” sicut dicitur **prop. 20**.

Causam vero primam, quia “dives est per se” ipsam et “magis dives,” sicut dicitur **prop. 21**, impossibile est intelligere per receptionem, alioquin non esset prima, sicut manifestum est supra in propositionibus de quidditate Dei. Impossibile enim est ipsam aliquid recipere, quia impossibile est aliquem ei aliquid dare, sicut dicit theologia nostra: “Quis dedit ei et retribuetur ei?”

- 30–31. Cap. 24 (*F* f. 30<sup>va</sup>; *R* f. 42<sup>rb-va</sup>; *V* f. 24<sup>rb</sup>)—*Liber de causis*, I, 1, p. 134, l. 1–2; 17, p. 137, l. 59–60

Errorem autem alium, quo dixerunt aliqui scire Deum omnia scientia universali et non particulari, recitat Averroes super XI *Prime Philoso-*

*phie* cap. 24 Et hic error destruitur per tres propositiones. [...] Tertia est, quod “omnis causa primaria plus est influens super causatum suum quam causa secundaria,” sicut dicitur *De causis prop. 1*. Nam quod influit secunda, hoc debetur prime, sicut dicit ibidem *Commentator*. Ex quibus sequitur, quod prima causa verius est causa omnis causati quam aliqua secundaria, et ideo ipsa est verius principium cognoscendi quam aliqua alia, sicut essendi.

32. Cap. 25 (*F f. 31<sup>vb</sup>; R f. 43<sup>va</sup>; V f. 25<sup>rb</sup>*)—*Liber de causis*, XX(XXI), 162, p. 180, l. 48–49

Ita apud primum sunt claves omnium scientiarum, quia ab ipso procedit scientia et cognitio omnium, sicut dicit unus de sapientibus nostris: “Omnis sapientia a domino Deo est.” Et item pertractat exemplum: sicut regem, apud quem sunt claves thesaurorum, inconueniens est non appellare divitem, ita eum, apud quem sunt claves omnium scientiarum, inconueniens est non appellare scientem. Si enim dives dicitur, qui habundanter recipit, multo fortius et qui distribuit. Ita est de Deo sciente. Ideo scribitur *prop. De causis*, quod “primus est dives per se ipsum et est magis dives.”

33. Cap. 29 (*F f. 34<sup>va</sup>; R f. 46<sup>ra</sup>; V f. 27<sup>va</sup>*; ed. Retucci 103, l. 30–104, l. 40)—*Liber de causis*, IX(X), 92, p. 158, l. 8

Modus autem ponendi ideam intra intellectum creatum est duplex, quorum unus est verus et alter falsus. Verus, ut si intelligamus intelligentias separatas tamquam “artes plures sub una arte divina” uniformi, sicut vult Averroes super XI cap. 6, et movere celos ac per hoc diversas agere dispositiones in hiis, que sub celis sunt, secundum illas species divinas seu ideas, quas inspiciunt in divina mente, que resultant in ipsis inspicientibus, tunc possumus dicere illas species secundas, que resultant ex speciebus primis in mentibus intelligentiarum, aliquo modo ideas, licet secundario. Et huic est consona illa propositio *De causis*, quod “omnis intelligentia plena est formis.” Hinc est, quod intelligentia et anima, cum omnes forme eius actu sint in ipsa, dicitur seculum intellegibile secundum Avicenna lib. ⟨VIII⟩ cap. ⟨7⟩.

34. Cap. 30 (*F f. 36<sup>vb</sup>; R f. 48<sup>ra</sup>; V f. 29<sup>va</sup>*)—*Liber de causis*, IX(X), 92, p. 158, l. 8

Et in hoc solvuntur argumenta Aristotelis III *Metaphisice* cap. 8, quibus impugnat formas medias [...]. Supra enim concessum est, quod forme abstracte sunt quodammodo per effectum in formis mediis, ut idee in mente conditoris resplendentes in intellectu faciunt ibi species illas, quas dixit Plato medias, secundum sermones, quos dixi tibi, quod “omnis intelligentia plena est formis.”

- 35–36. Cap. 31 (*F* f. 37<sup>vb</sup>; *R* f. 49<sup>rb</sup>; *V* f. 30<sup>ra</sup>)—*Liber de causis*, XV(XVI), 129, p. 168, l. 70–71; 131–132, p. 169, l. 79–87  
 Est igitur secundum ante dicta potentissimus, secundum quod dicit Seneca *Epistula* 60d: “Maior est”—inquit—“et potentior cunctis.” [...] Nam virtus primi est virtus virtutum, per quam est virtus in omnibus intelligentiis, sicut habetur *De causis prop. 17*: “Omnes virtutes, quibus non est finis, sunt per infinitum primum, quod est virtus virtutum,” quoniam virtus intelligentie non est infinita nisi inferius, virtus vero primi infinita est inferius et superius, et ex se ipsa, secundum **Com-mentatorem**, et propter hoc est potentior omnibus virtutibus. Unde et merito dicitur “Dominus virtutum” a quodam de sapientibus nostris. Est igitur virtuosissimus et potentissimus.
37. Cap. 36 (*F* f. 41<sup>vb</sup>; *R* f. 53<sup>ra</sup>; *V* f. 33<sup>rb</sup>)—*Liber de causis*, I, 1, p. 134, l. 1–2  
 Hec autem ratio perficietur ex dicendis, cum videtur sequi ex hoc, quod hoc necesse est habere rectorem seu providentem, cui magis est ascribendum regimen quam istis, cum “omnis causa primaria plus influat in causatum, quam secundaria,” sicut dicitur **prop. De causis 1**.

*Sapientiale*, LIBER II

38. Cap. 27 (*F* f. 86<sup>ra</sup>; *R* f. 95<sup>va</sup>; *V* f. 63<sup>ra</sup>)—*Liber de causis*, IX(X), 92, p. 158, l. 8  
 Accipe aliam, que est eiusdem libro III cap. 26, quod omnis forma inferior est in superiori, ac per hoc omnes forme inferiores sunt in intelligentia secundum esse nobilior, sicut habetur ab eodem libro III cap. 23, 26, 27 et 38, et prout dicit **prop. De causis**, quod “omnis intelligentia plena est formis.”
- 39–40. Cap. 27 (*F* f. 86<sup>va</sup>; *R* f. 96<sup>ra</sup>; *V* f. 63<sup>va</sup>)—*Liber de causis*, I, 1, p. 134, l. 1–2; 12, p. 136, l. 41  
 Si quis autem querat, an ipse primus debeat dici dator forme, intelligat hoc ex **prop. De causis 1**, que est quod “omnis causa primaria plus est influens super causatum suum quam causa secunda;” et ideo “vehementius est causa rei quam propinqua,” sicut dicit ibidem **Com-mentator**. Et iam patuit hoc ex sermonibus Avencebrolis. Et propter hoc ipse dicitur verissime dator forme. Unde sapientes Christianorum nominaverunt eum formatorem materie, sicut Augustinus *Super Genesim* VIII cap. 11; immo forma omnium, sicut idem *De religione*, propter hoc, quod omnes numeri formarum formantur a prima forma intellegibili, secundum quod dicit idem *De civitate Dei* libro X cap. 17.



- 41–44. Cap. 31 (*F* f. 90<sup>rb</sup>; *R* f. 99<sup>vb</sup>–100<sup>ra</sup>; *V* f. 67<sup>rb</sup>)—*Liber de causis*, IV, 37, p. 142, l. 37–38; 42, p. 142, l. 51–53; 38, p. 142, l. 39–41; 39, p. 142, l. 42–43; 40, p. 142, l. 45–46; 41, p. 142, l. 47–48

Primum autem compositum non est aliud quam existentia prime forme in materia prima. Quapropter primum compositum esse est secundum **prop. De causis 4**, quod “prima rerum creatarum est esse et non est ante ipsum creatum aliud.”

Quod autem oportet hic intelligere nomine esse compositum illud, manifestum est per ante dictum, quia nec materia per se nec forma per se est esse, aut habet esse.

Hoc similiter patet per **Commentatorem** in eodem loco, qui dicit, quod hoc esse, quamvis sit simplex a Deo, quod non sit “creatum simplicius eo”—creatum dico, quod sit actu ens—, “tamen compositum est ex finito et infinito” et ex materia et forma. Hinc etiam est manifestum, quod oportet extendere hic nomen creationis ad nomen compositionis.

Quod autem hoc esse sit primum illud, de quo dixi, manifestat idem **Commentator** per hoc, quod dicit, quod est “supra sensum, supra animam, supra intelligentiam et non est esse post hanc causam primam neque prius creatum ipso.” Ecce etiam quod dixit esse et esse compositum, nunc dicit causam. Quod autem ipsum sit supremum, dicit, cum adiungit, quod est “superius rebus creatis, omnibus vehementius,” et hoc tantum est “propter suam propinquitatem ad causam primam.” Istud etiam, quamvis sit unum, propter hoc, quod est propinquum “uni vero, in quo non est multitudo aliquo modorum,” tamen multiplicatur et fit multa, quia ipsum est compositum, secundum quod dicitur in **eodem loco**.

45. Cap. 33 (*F* f. 92<sup>rb</sup>; *R* f. 102<sup>ra</sup>; *V* f. 96<sup>va</sup>)—*Liber de causis*, IV, 37, p. 142, l. 37–38

Amplius, quomodo primum rerum creatarum erit accidens? Iam enim audisti, quod “primum creatarum est esse, et non est ante ipsum creatum aliud,” secundum **prop. De causis 4**.

### *Sapientiale*, LIBER III

46. Cap. 5 (*F* f. 143<sup>va</sup>; *R* f. 149<sup>rb</sup>; *V* f. 74<sup>va</sup>)—*Liber de causis*, I, 1, p. 134, l. 1  
Amplius, sicut accommodatur ratio necessitatis rebus possibilibus secundum se quantum ad intentionem essentie, similiter quantum ad intentionem cause. Nam cum nomen cause attribuitur causatis, unde et dicuntur cause secundarie, sicut manifestum est ex *De causis*

**prop. 1 et aliis locis plurimis**, et necessitas attribuitur cause respectu causati, secundum quod dicit Avicenna VI *Metaphysice* cap. 4, propter hoc sicut est causa duplex, prima, que est simpliciter causa, et secundaria, que est per primam, ita necessitas duplex in ratione causandi: una, que attribuitur cause prime respectu omnis causati; alia, que attribuitur cause secundarie respectu proprii causati, quia omnino necessitas attribuitur cause respectu sui causati, secundum quod dicit Avicenna in eodem.

47–49. Cap. 8 (*F* f. 146<sup>rb</sup>; *R* f. 152<sup>ra</sup>; *V* f. 76<sup>vb</sup>–77<sup>ra</sup>)—*Liber de causis*, I, 1, p. 134, l. 1–2; 1, p. 134, l. 1–2; 2, p. 134, l. 2–5; 2, p. 134, l. 6–9; 4, p. 134, l. 10–12; 14, p. 136, l. 48–137, l. 49; 16, p. 137, l. 57–58; 17, p. 137, l. 59–60; 14, p. 137, l. 51–52; 15, p. 137, l. 55–56; 7–11, p. 135, l. 19–136, l. 38

Scias igitur, quod causas divisionis habet plurimas. Quarum una est, quod causarum alia primaria, alia secundaria, alia naturalis, alia artificialis, alia secundum naturam, alia supra naturam, alia adiutrix, alia preparatrix, alia exemplaris, alia exemplata, alia essentialis, alia accidentalis, alia propinqua, alia remota, alia propria, alia communis, alia particularis, alia universalis, alia simplex, alia composita, alia in potentia, alia in effectu, secundum quod manifestabo tibi breviter omnes illas differentias. Prima igitur divisio est in causam primariam et secundariam, secundum quod habetur ex **prop. De causis 1**. Causa autem primaria duplicem habet rationem respectu secundarie: unam, quod est causati secundarie cause operativa; secunda, quod non tantum est operativa, sed est magis operativa. Primum est manifestum per **prop. 1 De articulis fidei**, que est, quod “quicquid est causa cause, est causa causati”, et per communem animi conceptionem, que premittitur, scilicet quod “omnis res habet esse per id, quod causam eius ad esse perducit.” Secundum est manifestum per **prop. De causis 1**, que est, quod “omnis causa primaria plus est influens super causatum suum quam causa secunda universalis,” sicut exponitur ibidem ab **Alfarabio**: primo, quod ad remotionem cause secunde non sequitur remotio cause prime nec virtutis eius. Secundo, quod “causa prima prius agit in causatum secundum cause secunde, antequam agat in ipsum causa secunda, que sequitur eam.” Tertio, quod si “causa secunda agit” in causatum suum, non excusatur “a causa prima, que est supra ipsam” et “causa ei,” sed “causa prima ipsam secundam adiuvat super operationem suam.” Quinto (*sic!*), quod “non figitur causatum secunde cause nisi per virtutem cause prime,” quia causa secundaria operatur ex influentia cause primarie. Sexto, quod causa prima “efficit eam per modum altiore et sublimiore.” Octavo (*sic!*), quod “causa prima est maioris

et vehementioris adherentie cum re quam causa propinqua.” Et hec omnia sunt manifesta in exemplo, quod ponit in esse vivo homine: “vivum est causa hominis propinqua, esse longinqua,” unde est “causa vehementior hominis quam vivum,” quia ablato vivo adhuc remanet esse.

50. Cap. 8 (*F* f. 146<sup>va</sup>; *R* f. 152<sup>rb</sup>; *V* f. 77<sup>rb</sup>)—*Liber de causis*, I, 1, p. 134, l. 1–2  
Nempe etsi sint medii factori, reducuntur tamen ad factorem primum, qui est factor mediorum et verus operator eorundem. Et ideo ipse est causa ultima omnium efficientium. Valet ad huius rationis confirmationem, quod superius dixi de causa primaria, “quod est plus influens quam causa secunda.”

51–57. Cap. 8 (*F* f. 146<sup>rb-va</sup>; *R* f. 152<sup>rb</sup>; *V* f. 77<sup>ra-b</sup>)—*Liber de causis*, v(VI), 57, p. 147, l. 22–27; v(VI), 61, p. 148, l. 44–48; v(VI), 58, p. 147, l. 28–31; XIX(XX), 155, p. 177, l. 97–98; 156, p. 177, l. 99–2; 157, p. 177, l. 3–4; XXI(XXII), 166–167, p. 181, l. 68–71; XXIII(XXIV), 176, p. 185, l. 20–23

Amplius, sicut habetur ex **prop. De causis 6**: “Prima causa superior est narratione, et non deficiunt lingue a narratione eius nisi propter narrationem esse ipius, quoniam ipsa est super omnem causam, et non narratur ⟨nisi⟩ per secundas causas, que illuminantur lumine cause prime.” Et ratio est secundum **Alfarabium**, quia cum sit superior omnibus, omnia excedit, sensum et intelligentiam et per consequens vocem. Preterea ex **commento ibidem** habetur, quod “causa prima est, que non cessat illuminare causatum suum, et ipsa non illuminatur a lumine alio, quia ipsa est lumen purum, supra quod non est lumen.” Item **prop. 20** dicitur, quod “causa prima regit res creatas omnes, preter quod commiscetur cum eis.” Et est ratio secundum **Alfarabium**, “quia regimen non debilitat unitatem eius” nec perturbat essentiam. Unde regens est “stans fixa cum unitate sua prima.”

Preterea “causa prima est super omne nomen, quod nominatur, quoniam non pertinet ei diminutio neque complementum.” Hoc similiter ex superioribus est manifestum.

Amplius “causa prima existit in omnibus rebus secundum dispositionem unam, sed res omnes non existunt in prima secundum unam dispositionem,” sicut dicitur **prop. 24**.

58. Cap. 11 (*F* f. 150<sup>ra</sup>; *R* f. 155<sup>va</sup>; *V* f. 80<sup>rb</sup>)—*Liber de causis*, I, 1, p. 134, l. 1–2  
Et cum hoc ita sit, volo te scire, quod principium non tantum est agens et efficiens aliquorum et aliquorum non, cuius declaratio secundum Rabbi Moysen cap. 67 est quod, cum causatum omne causam habeat, et omnem factum factorem, et omnis factor unus post unum reducitur ad factorem primum tamquam ad agentem et efficientem principalem,

tunc sequitur necessario, quod ipse est efficiens omnium, et causarum et causatorum, utpote “causa prima plus est influens in causata omnia quam cause secundarie.”

59. Cap. 11 (*F f. 150<sup>ra</sup>; R f. 155<sup>va</sup>; V f. 80<sup>rb</sup>*)—*Liber de causis*, XXIII(XXIV), 176, p. 185, l. 20–23  
 Preterea, sicut dicit Rabbi Moyses cap. 83, “omne, quod exit de potentia ad actum, habet extractorem” sui generis cum eo, idest extracto, alioquin quidlibet extraheret quodlibet, vel ad minus casualis esset extractio, ut esset convenientia inter extrahentem et extractum in forma. Prima autem causa nullius generis est cum alio, cum se habeat secundum unam dispositionem ad omnia causata, secundum quod dicitur *De causis*. Quare, ut fiat differentia extractorum in singulis generibus, necesse est, ut preter ipsum sint extractores eiusdem generis cum extractis.
60. Cap. 11 (*F f. 150<sup>rb</sup>; R f. 156<sup>ra</sup>; V f. 80<sup>va</sup>*)—*Liber de causis*, I, 1, p. 134, l. 1  
 Scito igitur, quod intentio Augustini in sermonibus suis, cum dicit Deum formatorem et formas induci per ipsum in inferioribus, est non excludere ipsum ab operibus secundarium agentium, immo potius attribuere ei principalitatem, cum “causa primaria plus influat,” secundum quod dictum est superius. [...] Et hec est via respondendi ad omnes auctoritates, que videntur attribuere formationem rerum immediate creatori.
61. Cap. 12 (*F f. 151<sup>ra</sup>; R f. 156<sup>va</sup>; V f. 81<sup>ra</sup>*)—*Liber de causis*, I, 1, p. 134, l. 1  
 Quod dicunt homines vilius attribui creatori et nobilius creature, si creatori attribueretur creatio potentie et creature productio actus, hoc verum est. Si excluderetur creator a productione actus per creaturam, <falsum est>. Nunc autem ipse est “magis influens” in actum “quam secundaria” et immediata.
- 62–63. Cap. 15 (*F f. 157<sup>ra</sup>; R f. 160<sup>vb</sup>; V f. 85<sup>rb</sup>*)—*Liber de causis*, XVII(XVIII), 143, p. 173, l. 38; 148, p. 174, l. 54–61  
 Dico igitur sermone abbreviato, quod circumstantia cause denotata in propositione potest dicere aliquid in faciente aut in facto. Si in faciente, sic non dicit nisi causam moventem, sicut supra dictum est. Quod autem hec propositio dicat circumstantiam moventem, manifestum est per **propositionem** *De causis*, que est quod “omnia sunt propter ens primum,” sicut patet in **expositione Alfarabii**. Si autem dicat aliquid in facto, sic dicit finem eius ultimum, idest ordinem ad factorem. Et per hoc solvitur ratio eorum, qui posuerunt contrarium, quod etiam universum habet aliquid extra se, propter quod est, videlicet factorem eius, sicut exercitus habet extra se ducem, prout supra dictum est.

- 64–66. Cap. 25 (*F* f. 170<sup>ra</sup>; *R* f. 173<sup>ra</sup>; *V* f. 95<sup>vb</sup>)—*Liber de causis*, XX(XXI), 162, p. 180, l. 48–49; XIX(XX), 155, p. 177, l. 97–98; 157, p. 177, l. 3–5  
 Ipso etiam indigent omnia. Nam omne causatum dependet a sua causa et eget ipsa, ut sit et permaneat, sicut superius dictum est in sermone de causa. Et ideo indiget influenza cause sue. Ipse autem est in se sufficientissimus, quia simplicissimus in omnia alia, largissimus, quia summe communicativum. Et ideo quantum ad utramque partem dictum est *De causis propositione*, quod “primum est dives” quantum ad privationem indigentie in se ipso, et “magis dives” quantum ad influentiam in alios. [...] Item ex tertia proprietate principii, quod est, quod a principiatis separatum, quoniam secundum Aristotelem aliud ab hiis, quorum est principium, manifestum est ipsum esse principium, secundum quod dicit de ipso Avicenna VIII *Philosophie prime* cap. 1, quod principium omnium est unum, quod est discretum ab omnibus, que sunt. Ipse enim est impermixtus omnibus, secundum quod dicit *propositio De causis* quod “causa prima regit res creatas omnes, preter quod commisceatur cum eis,” quia regens omnia stat in unitate sua propria, secundum quod dicit ibi *Commentator*. Ipse enim est, qui non communicat alicui eorum, que sunt, nec cui aliquid communicat, sicut dicit Avicenna lib. VIII cap. 5 et lib. IX cap. 1. Quare per hanc viam manifestum est ipsum esse principium.
- 67–68. Cap. 25 (*F* f. 170<sup>rb</sup>; *R* f. 173<sup>rb</sup>; *V* f. 99<sup>ra</sup>)—*Liber de causis*, XXIII(XXIV), 176, p. 185, l. 20–23  
 Amplius, etsi primus adest omnibus, non tamen omnia assunt primo, sicut dicit Augustinus super *Principium Iohannis*. Et eorum, que assunt, non omnia assunt uniformiter, quoniam “causa prima est in omnibus rebus secundum unam dispositionem, sed res omnes non existunt in prima secundum dispositionem unam,” secundum quod exponit *ibidem Commentator*. Et propter hoc que assunt ipsi in dispositione propinquiori, erunt fortiora et perfectiora, sicut superius dixit Avencebrol.
69. Cap. 27 (*F* f. 172<sup>va</sup>; *R* f. 175<sup>vb</sup>; *V* f. 97<sup>vb</sup>)—*Liber de causis*, XXX(XXI), 210, p. 198, l. 43–44  
 Preterea ex definitione tertia, que est, quod perfectum est, cui nihil accidit, apposita huic, quod habetur ex *propositione De causis*, quod “actio primi et substantia est in momento eternitatis,” et similiter quod habetur ex Aristotele III *Phisicorum* cap. 5 et Averroe, quod in eternis non est differentia inter posse vel contingere et id quod est; sequitur necessario, quod nihil ei accidit; quare est perfectissimus. Quippe quidquid est possibile, presens est ei, sicut dicit ultima definitio.

70–81. Cap. 28 (*F* f. 173<sup>vb</sup>–174<sup>ra</sup>; *R* f. 177<sup>ra</sup>–<sup>b</sup>; *V* f. 98<sup>vb</sup>–99<sup>ra</sup>)—*Liber de causis*, xxviii(xxix), 199, p. 192, l. 52–53; 201, p. 193, l. 57–60; xxvii(xxviii), 194, p. 191, l. 25–26; vi(vii), 64, p. 149, l. 65; xxvii(xxviii), 194, p. 191, l. 25–26; xxviii(xxix), 199, p. 192, l. 52–53; vi(vii), 64, p. 149, l. 65; xxvii(xxviii), 195–197, p. 191, l. 27–192, l. 41; xxvii(xxviii), 197–198, p. 192, l. 42–48; xxiv(xxv), 181, p. 187, l. 61–62; xxviii(xxix), 199, p. 192, l. 52–53; xxiv(xxv), 181, p. 187, l. 61–62; 182, p. 187, l. 66–67; xxiv(xxv), 184, p. 187, l. 70–188, l. 81; xxv(xxvi), 187, p. 188, l. 83–84; xxv(xxvi), 187, p. 188, l. 83–84; xxviii(xxix), 199, p. 192, l. 52–53; xxv(xxvi), 188, p. 189, l. 93–95; 188, p. 189, l. 95–2; 188, p. 188, l. 87–189, l. 90; 188, p. 189, l. 92–93

Preterea ex **propositione** *De causis* habetur, quod “simplex est substantia, que stat per se ipsam,” hoc est “per essentiam suam,” quia si non stat per essentiam suam, sed per partes, tunc non est substantia simplex, sed potius compositum ex partibus compositis. Similiter, si habet aliunde fixationem stationis sue quam ex essentia sua, simplex non est. Amplius, si non stat per essentiam suam, ex alio generata est; substantia simplex a nullo est generata; quare non est ipsa substantia, que non stat per essentiam suam, sicut manifestat **Expositor in eodem loco**. Stare enim per essentiam suam et esse simplex convertuntur, sicut patet ex **propositione predicta et immediate precedente**, que est, quod “omnis substantia stans per essentiam suam simplex est et non dividitur.” [...]

Amplius ex **prop. 7** alia adhuc habetur descriptio simplicitatis, que est, quod simplex est “substantia, que non dividitur,” que necessario infertur ex duabus supradictis invicem connexis sic: “omnis substantia stans per essentiam suam est substantia, que non dividitur,” sed “simplex est substantia, que stat per essentiam suam;” igitur simplex est “substantia, que non dividitur.” Minor huius declarata est. Maior propositio declaratur a **Commentatore**, videlicet quod substantia stans per essentiam suam est indivisibilis, quia si esset divisibilis, non staret per essentiam suam, sed per partes; aut igitur que per se stant, aut non per se stant. Si priori modo, igitur singule partes stant per essentiam suam sicut totum. Et hoc est impossibile, quia ex eis, quorum unumquodque stat per essentiam suam, non fit unum. Si per partes, que non per se stant, hoc est impossibile, quia substantia, que stat per essentiam suam, stet per partes, que per se non stant. Igitur erit tertio modo, quod stat per essentiam suam, ita tamen quod per partes, quarum una stat per essentiam suam et altera non. Sed hoc est impossibile, quia si sic esset, non esset sufficiens sibi, igitur non esset stans per

essentiam suam; quod est contra positum. Quare necesse est omnem substantiam stantem per essentiam suam esse simplicem et indivisibilem. Nam si componeretur, tunc haberet partes, quibus staret. Quod non potest esse, sicut iam dictum est.

Item “universitas eius non esset sufficiens per se ipsam, cum indigeat partibus, ex quibus componatur.” Ex quo sequitur, quod omnis substantia stans per essentiam suam est substantia simplex, que non dividitur. Et hoc est intentum in hac parte.

Item ex **prop. 25** colligitur adhuc alia ratio simplicis, que est, quod simplex est substantia, que non generatur ex re alia, et hoc habetur ex 25, que est, quod “omnis substantia stans per essentiam suam est non generata ex re alia,” et **predicta**, quod “substantia simplex est substantia, que stat per essentiam suam.” Igitur substantia simplex est substantia, que non generatur ex re alia.

Maior huius, videlicet quod “substantia, que stat per essentiam, est non generata ex re alia,” declaratur per **Commentatorem** sic: Omne generatum ex re alia est diminutum, et “indigens, ut compleat, eam ex qua generatur”; sed substantia stans per essentiam suam non est diminuta, nec sic indigens; quare non est generata ex re alia. Veritati prime propositionis attestatur ipsa “generatio, que non est nisi via a diminutione ad complementum.” Quapropter sequitur ex **predictis**, quod “substantia simplex non generatur ex re alia.”

Preterea ex **prop. 26** habetur adhuc alia ratio simplicis, et est, quod simplex est “substantia, que non cadit sub corruptione,” que similiter sequitur ex duabus, quarum prima est ipsa 26, et est: “Substantia stans per essentiam suam non cadit sub corruptione.” Et altera est 29, quam premisi, hec scilicet: “Simplex est substantia stans per essentiam suam;” quare simplex non cadit sub corruptione.

Maior huius declaratur a **Commentatore**, scilicet quod substantia stans per se ipsam non cadit sub corruptione per huiusmodi propositiones: “omnis causati cadentis sub corruptione non fit corruptio nisi per separationem a sua causa;” sed nullius stantis per essentiam suam est separatio a sua causa; quare nullius talis est corruptio.

Medium patet, quia si possibile esset stantem per essentiam suam separari a sua causa, “possibile esset eam separari a sua essentia,” per quam stat; quare possibile esset, ut “stans fixa per essentiam suam sine essentia sua;” quod est inconveniens. Omne enim, quod stat per essentiam suam, sibi est indeficiens, quia semper habet causam sue subsistentie. Quare impossibile est aliquid tale cadere sub corruptione, quia “causa et causatum” in omni tali semper “simul” sunt.

82. Cap. 28 (*F* f. 174<sup>rb</sup>; *R* f. 177<sup>va</sup>; *V* f. 96<sup>rb</sup>)—*Liber de causis*, IX(x), 92, p. 158, l. 8

Preterea sicut ipse (*scil.* Avencebrol) vult lib. v cap. 16, “substantia, quo fuerit simplicior, eo formarum plurium est receptibilior.” Nam “compositio prohibet penetrationem a formis.” Igitur quo maior est elongatio a compositione, eo a receptionis formarum impeditio. Amplius, “substantia, quo corpulentior et multiplicior, eo pauciores admittit formas.” Quare quo simplicior, eo plurium erit formarum.

Et propter hoc “omnis intelligentia plena est formis,” sicut dicitur *De causis propositione*. De hoc autem audies alia in sermone *De intelligentia*, quomodo multe forme possunt esse in una re simplici, et eo plures, quo simplicior; tamen hoc scias, quod nobilitas annexa est simplici.

*Sapientiale*, LIBER IV

83. Cap. 16 (*F* f. 109<sup>va</sup> *in marg.*; *R* f. 117<sup>ra</sup>; *V* f. 118<sup>va</sup>)—*Liber de causis*, I, 1, p. 134, l. 1–2

Preterea tu scis ex supradictis, quod materia non movetur nisi mota. Igitur non numerat nisi numeretur. Igitur antequam numerat materia, est aliquid numerans, quod non potest esse nisi forma. Quamvis enim materia causa per accidens est numerationis, tamen nisi aliquid active numeret, numquam numerabit. Omnis enim causa per accidens reducitur ad per se et omnis passiva ad activam. Omnis etiam effectus debetur per se et primo cause primarie, que plus influit, sicut dicitur *De causis prop. 1*. Propter hoc cum actus, hoc est forma, dividat, sicut dicit Aristoteles VII *Metaphisice*, et per consequens primum agens in numeratione materie sit forme, simpliciter numeratio formarum substantialium debetur potius forme quam materie.

84. Cap. 19 (*F* f. 112<sup>ra</sup>; *R* f. 119<sup>va</sup>; *V* f. 121<sup>ra</sup>)—*Liber de causis*, I, 1, p. 134, l. 1

Amplius, ex tractatu *De principio* manifestum est, quod omne principiatum habet principium. Unde cum accidens sit principiatum, habebit principium. Quero quod aut accidens aut substantiam. Si substantiam, sed nullum principiatum est principium, nisi per suum principium, nullumque causatum est causa, nisi per suam causam (nam “omnis causa primaria plus influit,” sicut dicitur *De causis prop. 1*); quare si substantia sit principium accidentis, hoc non erit nisi per principia eius, cum ipsa substantia sit principiatum; igitur a primo principia substantiarum erunt principia accidentium. Si vero accidens habeat principium accidens, de illo accidente similiter queritur et ibitur in



infinitem, nisi tandem substantia sit principium accidentium. Et ita revertetur idem quod prius, quod eadem sint principia substantiarum et accidentium.

85. Cap. 22 (*F* f. 116<sup>vb</sup>; *R* f. 122<sup>vb</sup>–123<sup>ra</sup>; *V* f. 124<sup>ra-b</sup>)—*Liber de causis*, I, 1, p. 134, l. 1

Preterea illud est verissime unum, quod non dividitur intellectu; omne compositum est divisibilis intellectu, sicut superius manifestavi tibi in sermone *De composito*; quare primum compositum non est verissime unum, et ideo potest esse principium multorum, maxime cum sit principium per multa, hoc est per principia sua, que sunt multa. Ipsum enim non est principium nisi per sua principia, sicut nec causa secundaria nisi per primariam, secundum **prop. De causis 1**.

#### LIBER VI

86. Cap. 15 (*F* f. 246<sup>ra</sup>; *R* f. 201<sup>va-b</sup>; *V* f. 153<sup>va</sup>)—*Liber de causis*, I, 1, p. 134, l. 1–2

Et ex hoc est manifestus error ille ingratisissimi, qui negat se Deo debere, sed nature, secundum quod dicit Seneca, *De beneficiis* IV, quia “insita nobis omnium etatum et actuum omniumque artium semina, magister ex occulto Deus producit ingenia.” Unde sicut supra dictum est, prima et principalis natura, ex qua hec natura inferior dirigitur et gubernatur, Deus est et divina ratio mundo et mundi partibus inserta. Et propter hoc, quoniam “omnis causa primaria est plus influens,” sicut dicitur *De causis prop. 1*, magis debet causatum suum esse cause prime quam secunde. Et ideo omnis creatura magis debet creatori quam nature.

87. Cap. 20 (*F* f. 196<sup>ra</sup>; *R* f. 208<sup>va</sup>; *V* f. 159<sup>ra</sup>)—*Liber de causis*, XX(XXI), 162, p. 180, l. 48–49

Scito igitur proprietates primi et descriptiones eius, et primo quod primum est illud, quod est necessarium in esse sequentis, sicut dicit Averroes super V *Phisicorum*. Item, primum est, quod non indiget secundo, sed econverso, hoc est quo indiget secundum, sicut vult idem super VIII *Phisicorum* cap. 12. Item, primum est, quod est ante aliud, sicut vult Aristoteles XVI *De animalibus* cap. 9. Item, primum est, quod est prius secundum esse et definitionem, sicut vult Averroes super VIII *Phisicorum* cap. 12. Item, primum est, quod est causa medii et postremi, sed per medium postremi, sicut vult Aristoteles II *Metaphisice*, cap. 2. Item, primum est, quod “per se dives et est dives magis,” sicut habetur *De causis prop. 20*.

88. Cap. 26 (*F f. 205<sup>va</sup>; R f. 216<sup>rb</sup>; V f. 166<sup>rb</sup>*)—*Liber de causis*, IX(X), 92, p. 158, l. 8

Dico igitur tibi secundum sententiam Augustini et Platonis, quod triplex est esse rei, videlicet in mente divina, in intellectuali natura, in propria existentia; et quod esse eius in natura intellectiva, anima videlicet et intelligentia, medium est inter esse primum et tertium; et quod omnes forme, que exprimuntur in materia, prius naturaliter sunt concreate in intelligentia sive anima, quoniam natura pares sint, sicut dicit Augustinus *De libero arbitrio* lib. II. Et hoc est consonum propositioni *De causis*, que dicit quod “omnis intelligentia plena est formis.” Hoc esse verum manifestat sermo Augustini [...].

*Sapientiale*, LIBER VII

- 89–93. Cap. 10 (*F f. 224<sup>rb-va</sup>; R f. 249<sup>va</sup>; V f. 180<sup>rb</sup>*)—*Liber de causis*, XVI(XVII), 138, p. 171, l. 15–16; 139–142, p. 171, l. 17–173, l. 37; VI(VII), 64, p. 149, l. 65; XX(XXI), 162, p. 180, l. 48–49; 163–165, p. 180, l. 50–181, l. 67

Per naturam ordinis et reductionis creaturarum ad primum est possibile declarare id idem. Nam quidquid est a primo, provenit ab eo secundum ordinem, secundum quod dicit Algazel II *Prime philosophie* cap. 12. Et ideo reducuntur ad ipsum secundum ordinem, sicut vult Avicenna X cap. 1, quoniam eadem est via reductionis, que est processionis. Reductio autem ad primum est secundum appropinquationem maiorem et minorem, et hec secundum simplicitatem maiorem et minorem, secundum quod habetur *De causis prop. 17* et *Expositore super eandem*, quod omnis virtus, quo primo propinquior, eo simplicior et infinitior et in operatione mirabilior, et per hoc nobilior, quia nobilior in omni genere est simplicior, secundum quod habetur ab Averroee super XI cap. 24. Ex quibus omnibus sequitur, quod creatura primo in ordine naturarum vicinissima est simplicissima; sed talis non potest esse nisi intelligentia, quia vere simplex est, quod nec est compositum neque delatum super rem aliam, prout habetur *ex prop. De causis 7, 27* et *Commentatore*.

- 94–95. Cap. 11 (*F f. 225<sup>vb</sup>; R f. 250<sup>vb</sup>; V f. 181<sup>va</sup>*)—*Liber de causis*, XXX(XXI), 210, p. 198, l. 43–47

Preterea per necessitatem measure, que exigitur inter temporale et eternum, arguitur idem sic: res, que cadit secundum omnes sui dispositiones in tempore et secundum substantiam et secundum actionem, seiuncta est a re, que cadit sub eternitate secundum omnes sui dispositiones et in substantia et in actione. Coniunctio autem non est

nisi in rebus similibus. Propter hoc necessaria est res aliqua media, cuius substantia cadit in eternitate, idest supra tempus, et actio in tempore, quoniam, sicut inter tempus et eternum est sempiternum medium ita, quod mensuratur sempiterno, erit medium inter id, quod mensuratur eterno, et id, quod mensuratur tempore, quoniam tempus est infra sempiternum et eternum est supra sempiternum. Et hec ratio est Avencebrolis lib. III cap. 2, et habetur ex **prop. De causis 31** et **Alfarabio super eandem**, videlicet quod “inter rem, cuius substantia et actio sunt in momento eternitatis, et inter rem, cuius substantia et actio sunt in momento temporis, est medium. Et est illud, cuius substantia est in momento eternitatis et actio in momento temporis.” Non est autem dubium, quin natura corporea secundum quod talis utroque modo sit in tempore. Quare inter naturam corpoream et factorem primum, cuius mensura est eternitas, est aliqua substantia media.

96–97. Cap. 11 (*F* f. 227<sup>rb</sup>; *R* f. 252<sup>ra-b</sup>; *V* f. 182<sup>vb</sup>)—*Liber de causis*, XXIX(XXX), 204 sqq., p. 194, l. 72 sqq.; 204, p. 194, l. 73–80

Hec autem substantia intellectiva dirigens naturam in suis operationibus intelligentia ⟨est⟩ secundum Aristotelem, prout vult Averroes super XI cap. 6. Unde non est mirum, sicut dicit, quod quamvis natura non intelligat de huiusmodi que facit, tamen facit illa aliquam inducendo intentionem et hoc demonstrat, inquit, quod aliquid rememorat ipsam de causis nobilioribus. Verum, ut ante demonstratum est, immediatus motor nature non potest esse motor primus universalis, et ideo necessario est intelligentia. Et causa est secundum Averroem in eodem loco, quia etsi ars una principalis divina, qua regitur natura tota propter hoc, quod ipse idem est rector, qui est auctor, tamen, quia plura sunt artificiata et diversa in natura, que fiunt per multa et multiplicia media, ideo necesse est, quod sint plures artes sub illa arte una prima ab ipsa regulate, per quas quidem regulantur motus et operationes in superioribus et per superiora in inferioribus. Plures autem artes, secundum ipsum, plures sunt intelligentie. Secundum **Alfarabium super prop. De causis 30** probatur idem per propositiones, quas ponit ibidem. Et est prima quod “creata sequuntur se adinvicem,” alioquin non essent ordinata inter se, quod negat Aristoteles, XI, cap. 25.

**Altera propositionum** est, quod “substantiam superiorem non sequitur nisi substantia ei similis et non dissimilis,” quantum est possibile, ut assimiletur. Et hoc patet ex priori. [...] Quare sequitur, quod continuatio substantiarum ad primum ⟨fit⟩ per assimilationem maiorem et minorem, ut temporalium ad eternam per sempiternas et sempiternalium, quarum una est in tempore, per illam, que est supra tempus,

idest temporis extensionem, que quidem extensio sit mensura primarum actionum illarum substantiarum. Hec autem continuatio inter-cisa esset, nisi esset intelligentia. Est igitur intelligentia.

98. Cap. 12 (*F* f. 227<sup>va</sup>; *R* f. 252<sup>rb</sup>; *V* f. 183<sup>ra</sup>)—*Liber de causis*, XXVII(XXVIII), 196, p. 192, l. 37–41

Amplius, principium per se notum est, quod simplicia naturaliter sunt priora quam composita ex illis; et causa est, quia omne compositum dividitur in ea, ex quibus componitur, secundum Aristotelem VI *Physicorum* cap. 1, et etiam in illa resolvitur, secundum quod dicit Avencebrol lib. II cap. 16. Si igitur est aliquid compositum ex duabus naturis, necesse est, quod prioritas illarum ad compositum ex ipsis sit prioritas nature et in ordine essendi. Si igitur inveniatur aliquid compositum ex duabus naturis, quarum una est nobilior alia, secundum quod dicit **Alfarabius super 28 prop. *De causis***, quod omne compositum habet unam partem meliorem et alteram viliorem, et item inveniatur vilior pars illius compositi, ita prior in ordine essendi, ut non tantum sit in ipso composito, sed prius in se habet esse preter compositum, tunc necesse est, quod inveniatur pars nobilior prior per se etiam preter compositum, sicut si inveniatur compositio ex auro et argento, quod est electrum, invenitur utrumque seorsum prius composito.

- 99–101. Cap. 12 (*F* f. 227<sup>vb</sup>; *R* f. 252<sup>va-b</sup>; *V* f. 183<sup>rb</sup>)—*Liber de causis*, VI(VII), 71, p. 151, l. 1–152, l. 5; VI(VII), 64, p. 149, l. 65; VI(VII), 70, p. 1551, l. 96

Ex quibus omnibus et consimilibus (patet), quod non esset perfectissimum in operibus altissimi, nisi esset creatura talis incorporea non unita corpori. Imperfectum enim necessario requirit perfectum, et ideo nobiliora et perfectiora priora sunt in esse quam minus nobilia et perfecta. Et ideo si conceditur esse de posterioribus, concedetur de prioribus, secundum sermonem Aristotelis III *Metaphisice* cap. 11, quod id, quod est nobilior, est prius. Et ad hoc agit, quod vult Aristoteles in eodem libro et capitulo secundum Averroem, videlicet quod id, quod est minoris divisibilitatis, est prius eo, quod est maioris. Non est autem dubium, quin omne corpori unitum naturaliter divisibilius est quam non unitum. Nam tale omne dividitur secundum motum et operationem ad minus et movetur aliquo modo motu corporis, sicut dicit **Alfarabius super prop. *De causis* 7**, et ita divisibile secundum accidens, quamvis non secundum essentiam, sicut distinguit Averroes de indivisibili essentialiter et secundum accidens super III *Celi et mundi* cap. 3. Unde cum divisibile reducatur ad primum principium, quod est indivisibile omni genere divisionis, per indivisibile et minus indivisibile per magis indivisibile et “intelligentia est substantia, que non dividi-

tur,” sicut dicitur *De causis* 7, tunc per ipsam intelligentiam corpori non unita est omnium aliorum secundum ordinem essendi ad primum indivisibile tamquam posteriorum per prius reductio. Et iuxta hoc potest fieri argumentum per reductionem entium per rationem unitatis. Nam omne indivisibilius uni primo propinquius, secundum quod dicit **Alfarabius super 7 De causis**, quod intelligentia, “quia appropinquat uni, fit unum et non dividitur.” Igitur quod est divisibilius, non est uni primo propinquius. Propinquius autem est uni substantia, que non dividitur nec alteri unitur quantum ad rationem unitatis; quare talis erit uni primo propinquissima.

102. Cap. 13 (*F f. 229<sup>ra</sup>; R f. 253<sup>vb</sup>; V f. 184<sup>ra</sup>*)—*Liber de causis*, I, 1, p. 134, l. 1–2  
 Quod autem dicit Aristoteles non esse substantiam abstractam, que non moveat, non tollit intelligentias nudas corpori non unitas, quoniam et ipse movent sicut amata substantias moventes coniunctas, ad quarum motum moventur celi. Et ideo cum “causa primaria plus est influens quam secundaria,” secundum **prop. De causis 1**, motus etiam corporum celestium magis debentur intelligentiis nudis separatis quam coniunctis. Quod autem dicit Aristoteles substantiam, que non movet, esse in dispositione diminuta, immo potius otiosam, secundum Averroem, falsum est, sicut tu postea scies.

103. Cap. 18 (*F f. 216<sup>ra</sup>; R f. 242<sup>rb</sup>; V f. 188<sup>va</sup>*)—*Liber de causis*, IX(X), 92, p. 158, l. 8

Et ratio huius est, quod omnia inferiora creata sunt in intellectuali <intelligentia> angelorum et per consequens animarum, sicut dicit Agustinus *Super Genesim* libro II cap. 2, addens quod “discretio sive species aquarum, terrarum, nature lignorum, herbarum” et ceterorum omnium prius facta sunt in intellectuali intelligentia quam in propria existentia. Et ideo dicitur *De causis propositione*, quod “omnis intelligentia plena est formis.” Singule autem forme [singule] sunt unitates, ex quibus constituitur numerus, qui non est accidens, sicut supra dictum est in sermone *De numero*.

104. Cap. 23 (*F f. 222<sup>ra</sup>; R f. 247<sup>rb</sup>; V f. 193<sup>ra</sup>*)—*Liber de causis*, XIX(XX), 159, p. 178, l. 25–179, l. 31

Item omne agens, cuius actio non est sua substantia, est agens non per se totum, sed aliquid sui; sed omne agens preter primum est agens, cuius actio non est sua substantia; igitur omne agens preter primum est agens non per se totum, sed aliquid sui.

Ratio primi est, quod est agens per se ipsum et non per virtutem et est agens per virtutem et non per se ipsum, sicut dicit Avicenna VI *Metaphisice* cap. 2. Agens priori modo est agens primus, qui agit per

suum esse et ideo est agens unita actione, sicut dicitur **super 20** *De causis*. Omne autem agens preter ipsum est agens per virtutem et non per se ipsum, scilicet totum, et ideo suum agere non est suum esse, sicut sua actio non est sua substantia.

## COMPARATIO

- F f. 231<sup>va</sup>* *Liber de causis*, XX(XXI), 162, p. 180, l. 48–49  
 Preterea primum est dives per se ipsum et est dives maius, sicut habetur *De causis prop. 20*.
- F f. 237<sup>va</sup>* *Liber de causis*, IV, 37, p. 142, l. 37  
 Quid autem sit nomen reale compositi primi, ut habet esse preter animam, non video esse, quia uidetur dicere illa propositio *De causis*: “Prima rerum creaturarum est esse,” sicut postea patebit in capitulo *De ente et esse*.
- F 238<sup>va</sup>* *Liber de causis*, IV, 37, p. 142, l. 37  
 Nam primum donum divine bonitatis est esse et forte ob hoc dicitur *De causis*, quod “prima rerum creaturarum est esse” et ideo omnium esse est a primo esse.

## Bibliography

*Manuscripts*

- Evreux, Bibliothèque municipale, 79  
 Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana, Plut. 83.27  
 Firenze, Biblioteca nazionale Centrale, Cod. Conv. Soppr. A.VI.437  
 Madrid, Biblioteca Nacional, 489  
 Oxford, Balliol College Library, 112  
 Oxford, Balliol College Library, 232  
 Oxford, Bodleian Library, Auct. F.5.28  
 Oxford, Bodleian Library, Digby 67  
 Oxford, Magdalen College Library, 192  
 Oxford, Merton College Library, 140  
 Paris, Bibliothèque nationale de France, Lat. 6506  
 Paris, Bibliothèque nationale de France, Lat. 16082  
 Paris, Bibliothèque nationale de France, Lat. 16084  
 Reims, Bibliothèque municipale, 864  
 Tours, Bibliothèque municipale, 247  
 Uppsala, Universitetsbibliotek, Ms. C.595

- Vaticano (Città del), Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 1041  
 Vaticano (Città del), Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 2081  
 Vaticano (Città del), Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 4301  
 Vaticano (Città del), Biblioteca Apostolica Vaticana, Vat. Lat. 6771  
 Zagreb, Knjižnica Metropolitana, Mr. 97

### *Primary Sources*

- Albert the Great, *De causis et processu universitatis a prima causa*, II, 1, ed. W. Fauser, Münster, Aschendorff 1993 (Editio Coloniensis 17,2).
- Albert the Great, *De caelo et mundo*, I, 3, 8, ed. P. Hoßfeld, Münster, Aschendorff 1971 (Editio Coloniensis 5,1).
- Alexander of Hales, *Summa theologica*, studio et cura PP. Collegii S. Bonaventurae, Vol. IV, Firenze, Ad Claras Aquas (Quaracchi) 1948.
- Augustine, *De civitate Dei*, XII, 26, ed. B. Dombart, A. Kalb, Turnhout, Brepols 1955 (Corpus Christianorum. Series Latina, 48).
- Augustine, *De Genesi ad litteram*, VII, 22, ed. J. Zycha, Prag—Wien—Leipzig, Temp-sky—Freitag 1894 (Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum, 28,1).
- Augustine, *De Trinitate*, III, 7, n. 13, ed. W.J. Mountain, F. Glorie, Turnhout, Brepols 1968 (Corpus Christianorum. Series Latina, 50).
- Averroes, *Super Metaphysicam*, IX, comm. 7, in *Das neunte Buch des lateinischen grossen Metaphysik-Kommentars von Averroes*, ed. B. Bürke, Bern, Francke Verlag 1969.
- Berthold of Moosburg, *Expositio super Elementationem theologiam Procli, Prop. 14–34*, ed. L. Sturlese, M.R. Pagnoni-Sturlese, B. Mojsisch, Hamburg, Meiner Verlag 1986 (Corpus Philosophorum Teutonicorum Medii Aevi, VI,2).
- Berthold of Moosburg, *Expositio super Elementationem theologiam Procli, Prop. 136–159*, ed. F. Retucci, Hamburg, Meiner Verlag 2007 (Corpus Philosophorum Teutonicorum Medii Aevi, VI,6).
- Berthold of Moosburg, *Expositio super Elementationem theologiam Procli, Prop. 160–183*, ed. U.R. Jeck, I.J. Tautz, Hamburg, Meiner Verlag 2003 (Corpus Philosophorum Teutonicorum Medii Aevi, VI,7).
- Bonaventure, *Sententiae*, II, dist. 18, art. 2, q. 3, studio et cura PP. Collegii a S. Bonaventura, Ad Claras Aquas (Quaracchi), Ex Typographia Collegii S. Bonaventurae 1885, vol. 2.
- Bonaventure, *In Hexaëmeron collatio*, XI, 18, studio et cura PP. Collegii a S. Bonaventura, Ad Claras Aquas (Quaracchi), Ex Typographia Collegii S. Bonaventurae 1891, vol. 5.
- Eustratius, *In Ethicam Nicomachean commentarius. Translatio Roberti Grosseteste*, I, 4, ed. H.P.F. Mercken, *The Greek Commentaries on the Nicomachean Ethics of Aristotle*, Leiden, Brill 1973 (Corpus Latinum Commentariorum in Aristotelem Graecorum, VI,1).

- John Duns Scotus, *Ordinatio*, II, dist. 2, pars 1, q. 4, studio et cura Commissionis Scotticae, Civitas Vaticana, Typis Polyglottis Vaticanis 1973 (Opera Omnia 7).
- Liber de causis*—A. Pattin, “Le *Liber de causis*. Édition établie à l’aide de 90 manuscrits avec introduction et notes,” in *Tijdschrift voor Filosofie* 28 (1966), p. 90–203.
- Nicholas of Amiens, *Ars fidei catholicae—Ein Beispielwerk axiomatischer Methode*, ed. M. Dreyer, Münster, Aschendorff 1993.
- Peter Lombard, *Sententiae in IV libris distinctae*, II, 7, cap. 8–9, vol. 1, Grottaferrata, Collegii S. Bonaventurae Ad Clars Aquas 1971.
- Proclus, *Elementatio theologica translata a Guillelmo de Morbecca*, 56, ed. H. Boese, Leuven, University Press 1987.
- William of Auvergne, *De Trinitate*, 6, ed. B. Switalski, Toronto, Pontifical Institute of Medieval Studies 1976.

### Secondary Sources

- Bardenhewer, O. (1882), *Die pseudo-aristotelische Schrift Ueber das reine Gute bekannt unter dem Namen ‘Liber de causis’*, Freiburg i.B., Herder.
- Beccarisi, A., Porro, P., Imbach, R. (eds) (2008), *Per perscrutationem philosophicam. Neue Perspektiven der mittelalterlichen Forschung. L. Sturlese zum 60. Geburtstag gewidmet*, Hamburg, Meiner Verlag.
- Beierwaltes, W. (2007), “*Primum est dives per se*. Das erste ist reich durch sich selbst. Meister Eckhart und der *Liber de causis*,” in Id., *Procliana, Spätantikes Denken und seine Spuren*, Frankfurt a.M., Klostermann, p. 129–164.
- Bos, E.P. (1992), “William of Ockham’s Interpretation of the First Proposition of the *Liber de causis*,” in Bos, Meijer (eds) 1992, p. 171–189.
- Bos, E.P., Meijer, P.A. (eds) 1992, *On Proclus and His Influence in Medieval Philosophy*, Leiden / New York / Köln, Brill.
- Callus, D.A. (1943), “Introduction of Aristotelian Learning to Oxford,” in *Proceedings of British Academy* 29, p. 229–281.
- Calma, D. (2012), “Du néoplatonisme au réalisme et retour. Parcours latins du *Liber de causis* aux XIII<sup>e</sup>–XVI<sup>e</sup> siècles,” in *Bulletin de philosophie médiévale* 54, p. 217–276.
- D’Ancona, C. (1991), “*Philosophus in libro De Causis*. La recezione del *Liber de Causis* come opera aristotelica nei commenti di Ruggero Bacone, dello ps. Enrico di Gand e dello ps. Adamo di Bocfeld,” in *Documenti e Studi sulla Tradizione Filosofica Medievale* 2, 2, p. 611–651.
- D’Ancona, C. (1995), *Recherches sur le Liber de causis*, Paris, Vrin.
- D’Ancona, C. (2014), “The *Liber de causis*,” in S. Gersh (ed.), *Interpreting Proclus. From Antiquity to the Renaissance*, Cambridge, Cambridge University Press, p. 137–161.
- D’Ancona, C., Taylor, R. (2003), “Le *Liber de causis*,” in R. Goulet (ed.), *Dictionnaire des Philosophes Antiques*, Paris, Editions du CNRS, vol. 1 Suppl., p. 599–647.



- Freddoso, A.J. (1994), "God's General Concurrence with Secondary Causes: Pitfalls and Prospects," in *American Catholic Philosophical Quarterly* 67, p. 131–156.
- Grabmann, M. (1913), "Die Metaphysik des Thomas von York," in J. Geysler (ed.), *Studien zur Geschichte der Philosophie. Festgabe zum 60. Geburtstag Clemens Bäumker*, Münster i.W., Aschendorff, p. 181–193.
- Hudry, F. (1992), "Le *Liber xxiv philosophorum* et le *Liber de causis* dans les manuscrits," in *Archives d'Histoire doctrinale et littéraire du Moyen Age* 67, p. 63–88.
- Iglesias, E. (1946), *De Deo in operatione naturae vel volutantis operante*, México, Buena Prensa.
- Libera, A. de (1981), "Théorie des universaux et réalisme logique chez Albert le Grand," in *Revue des sciences philosophiques et théologiques* 65, p. 55–74.
- Libera, A. de (1992), "Albert le Grand et le Platonisme. De la doctrines des Idées à la théorie des trois états de l'Universel," in Bos, Meijer (eds) 1992, p. 89–119.
- Libera, A. de (1997), "Structure du corpus scolaire de la métaphysique dans la première moitié du XIII<sup>e</sup> siècle," in C. Lafleur (ed.), *L'enseignement de la philosophie aus XIII<sup>e</sup> siècle. Auteur du Guide de l'étudiant du ms. Ripoll 109*, Turnhout, Brepols, p. 61–88.
- Libera, A. de (2005), *Métaphysique et noétique. Albert le Grand*, Vrin, Paris, p. 223–244.
- Longpré, E. (1926), "Fr. Thomas d'York, O.F.M. La première somme métaphysique du XIII<sup>e</sup> siècle," in *Archivum franciscanum historicum* 19, p. 875–930.
- Meliadò, M. (2013), "Theologie und Noetik der Erstursache: der *Liber de causis* als Quelle Meister Eckharts," in *Documenti e Studi sulla Tradizione Filosofica Medievale* 24, p. 501–553.
- Perler, D., Rudolph, U. (2000), *Occasionalismus. Theorien der Kausalität im arabischen und im europäischen Denken*, Göttingen, Vandenhoeck und Ruprecht.
- Punzi, A. (2016), "Thomas of York's *Comparatio sensibilium*," in *Recherches de Théologie et Philosophie médiévales* 83,2, p. 313–352.
- Retucci, F. (2008), "*Her ûf sprichet ein heidenischer meister in dem buoche, daz dâ heizet daz lieht der liehte*: Eckhart, il *Liber de causis* e Proclo," in L. Sturlese (ed.), *Studi sulle fonti di Meister Eckhart*, vol. 1, Freiburg, Academic Press Fribourg, p. 135–166.
- Retucci, F. (2008b), "Tommaso di York, Eustrazio e la dottrina delle idee di Platone," in Beccarisi, Porro, Imbach (eds) 2008, p. 79–110.
- Retucci, F. (2010), "The *Sapientiale* of Thomas of York: The Fortunes and Misfortunes of a Critical Edition," in *Bulletin de philosophie médiévale* 52, p. 133–160.
- Reilly, J.P. (1953), "Thomas of York on the Efficacy of the Secondary Causes," in *Medieval Studies* 25, p. 225–233.
- Ruh, K. (1996), "Der *Liber de causis*," in Id., *Geschichte der abendländischen Mystik*, Vol. 3, München, Beck, p. 19–32.
- Saffrey, H.D. (2002<sup>2</sup>), "Introduction," in Thomas de Aquino, *Super librum de causis expositio*, ed. H.D. Saffrey, Paris, Vrin, p. xv–LXXIII.

- Sannino, A. (2004), "La dottrina della causalità nell'universo di Guglielmo di Alvernia: Percorsi di lettura," in *Studi filosofici* 27, p. 31–68.
- Sannino, A. (2008), "Il *Liber viginti quattuor philosophorum* nella metafisica di Bertoldo di Moosburg," in Beccarisi, Porro, Imbach (eds) 2008, p. 252–272.
- Steel, C. (2002), "Neoplatonic Sources in the Commentaries on the Nicomachean Ethics by Eustratius and Michael of Ephesus," in *Bulletin de philosophie médiévale* 44, p. 51–57.
- Steele, R. (1935), "Introduction" in *Rogeri Baconi Quaestiones supra Librum de causis*, ed. R. Steele, Oxford / London, Clarendon / Milford (Opera hactenus inedita Rogeri Baconi, 12), p. xv–xxiv.
- Sturlese, L. (1978), "Il *De animatione caeli* di Teodorico di Freiberg," in R. Creytens (ed.), *Xenia Medii Aevi historiam illustrantia, oblata Thomae Kaeppli O.P.*, Roma Edizioni di storia e letteratura, p. 175–247.
- Taylor, R.C. (1983), "The *Liber de causis*: a Preliminary List of Extant Mss.," in *Bulletin de philosophie médiévale* 25, p. 63–84.
- Treserra, F. (1929), "*De doctrinis metaphysicis Fratris Thomae de Eboraco*," in *Analecta sacra Tarraconensia* 5, p. 33–102.
- Teske, R.J. (1989), "Introduction," in *William of Auvergne The Trinity, or the First Principle*, Translated from the Latin by R.J. Teske, F.C. Wade, Milwaukee, Marquette University Press.